Termino et gradu Juris dependentib, Decretisq quibusuis in ijsdem Causis prolatis, atq Condemnationibus quibusuis si etiq quantum obtentis sunt, tum de ijsdem ijs iniurijs et violentijs, ac damnis ex quauis Causa, ad diem actg p̄sent quouis modo inter se intercedent, ob p̄stitam sibi abutrinq plenariam Satisfonem iuerant, emittunt, dimittunt, liberosq ac absolutos sese adinuicem pronuntiant. Processus quasuis, Causas et Actiones iudicianas, Decreta, et totum processum, iniurias et praetensiones ad diem p̄sent interuenientes, in toto et per omnia cassant, Mortificant et annihilant p̄sent, sibi et suis posteris vone p̄missoꝝ oium perpetuum imponendo silentium.

Krainski Ill^mi ac Magn^co Duci Radziwil Cedit. 8

Comparens personaliter coram Officio Actisq p̄sent Castren Cap^lib Premysliens Gnosus Stanislaus Casimirus Kraenski, Administrator Capneatq Premysliens, Sanus mente et corpore exns, a Terris, Dictibus, Iuribq, Iurisdictionibusq suis quibusuis p̄prijs et competentibq recedendo, p̄sent vero Castren Capnti Premysliens Iuridoni, quo ad actum hunc attinet, secum Iuribus, ac bonis suis gentr omnibus totaliter ac plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recogn. Quia ipse de omni et integro Iure suo infracto Videlicet de Inscripta certa, primum et originaliter inter Ill^res ac Magn^cos Michaelem Casimirum Radziwil, Ducem in Olyka et Nieswiez, Sacri Romani Imperij Principem, p. tunc Palatinum Vilnens, ad p̄sens Vice Cancellarium et Exercituum Magni Ducatq Lithuaniae Campestrem

Ducem, Premisliens, Ostrens, Lydens, Szluchowiens, Rizinens, Ottynicensem Capneum, et Catherinam de Sobieszyn Coniuges ab Una; et olim Magnificum Martinum de Kredzielsko Madalinski Capneum Premisliens parte ab altera, ratione certarum rerum et conditionum inter eas Intercisa contentis, de actu et data Urbis Varsaviae, die Nona May Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo proxime exacto conscripta Manibus eorundem subscripta, et Actis Metricae Maioris Cancellariae Regni roborata, Vadioque Viginti Sex Millium Centum Septemdecem florenorum polonicorum firmata tum de eaque ipsa roborationis Inscriptione, atque Summa in eaque Intercisa contenta, omnibusque eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, et ligamentis ac summae praefatae Utilitatibus: postmodum vero per Generosum Alexandrum Madalinski, eiusdem olim Magnifici Martini de Kredzielsko Madalinski Capnei Premisliensis Filium suum et Successorem legitimum, in rem et personam sui Agentis feria sexta post festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime praeterito, coram Actis praesentis Castrensis Premisliensis cessa et transfusa: tum de ipsa Inscriptione Cessionaria Sugata, omnibusque eiusdem Inscriptionis Cessionariae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, foro, ligamentisque et nexibus Universis: Inscriptionibus ipsis originalibus roboratoria et subsequentis Cessionariae ipsaque eaque Intercisa in se de praemissis relationibus. Cum omni praemissorum Iure, proprietate, Competentiaque et praerogativa quacunque, cum omnibus et singulis Inscriptionum praedictarum originalis roboratoriae et subsequentis Cessionariae, ac Intercisae, Iunctoque praesentis cessionis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis

Summae quoque

2 93

Summa quoq[ue] mrata Viginti Sex Millium Centum Septem decem florenorum polonorum Utilitatibus, fructibus, commodis, emolumentis obuentionibus, attinentys et pertinentys generis Universis. Nihil ex praemissis Juris, proprietatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognte, suisq[ue] Successoribus, aut alio quopiam reservando seu excipiendo, Verum quod praemissa omnia et singula ipsummet Recognitem concernebant, ac eidem legitime seruiebant tam ex nunc eadefacto eidem Illustri ac Magnifico Michaeli Casimiro Radziwil, Sacri Romani Imperij Principi, Duci in Olyka et Nieswiez, Comiti in Szydlowiec, Mir et Kroży, Vice Cancellario et Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Campestri Duci Lidensi, Premysliensi, Ostrensi, Tęgoczinensi, Czluchouiensi, Mizinensi Stoyniciensi, Camenecensi Capitaneo, et ipsius posteris (accepta ab ipso praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit et condescendit, quod cedit et condescendit praesentis, omneq[ue] et integrum Jus suum, sibi ad praemissa seruiens, in personam supradicti Illmi et Magnifici Ducis Radziwil Cessionarij sui ipsiusq[ue] posterorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporauit, quod transfert, transfundit, et incorporat praesentis. Per ipsum Illustrem ac Magneum Michaelem Casimirum Radziwil, Sacri Romani Imperij Principem Ducemin Olyka et Nieswiez, Comitem in Szydlowiec Mir et Kroży, Vice Cancellarium, et Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Campestrem Ducem, Lidensem Premysliensem, Ostrensem, Tęgoczinensem, Czluchouiensem, Mizinensem, Stoyniciensem, Camienecensem Capitaneum Cessionarium suum, et ipsius Successores, hocidem Jus praesens cessum summamq[ue] supradictam per Recognitem abscessam cum Uniuersis ipsius Utilitatibus

54

et Usu fructibus, competentiisque et Prerogativis quamvis tenendi, habendi et possidendi, Missisque quiete et pacifice Utifruendi, ad Suosque et suorum Successorum quosvis beneplacitos usus fructusque libere et effectualiter convertendi: Juris praefati originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi rigore.

Popiel Tenutarios Oeconomiae Samborien atque Borzyslawski Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Nicolaus Popiel Styborowicz. Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosos Joannem Wodzicki et Adamum Kotowski Oeconomiae Samboriensis Tenutarios; Jacobum Krzywkowski Administratorem: nec non Franciscum Borzyslawski Possessorem Terrae Dobrzynensis Bonorum Villae Borynia ad eandem Oeconomiam Samboriensem spectantis possessorem, eorumque posteros: de Causa et Actione iudiciaria infracta, per se Regentem ijsdem, ratione Statuitionis Laborum Hryc, Wasko Krzeniczat, Iwanko, Prokop, Stefan Krzeniczat, Olexa Dulibycz, Danio Dulibycz, tum et aliorum in processu Causae eiusque specificatorum de Villa Borynia Oeconomiae Samboriensis Subditorum, qui licet hic non exprimuntur, pro expressis tamen censeri debent: itaque ratione per eosdem Subditos sibi suae Regentis tempore in processu Causae expresso (noctu) in Advocatia eiusdem Villae Borynia sita, noctu super aggressionis, Vaccarum Multiplicium quatuor diversis Colonis